



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 12. Papa, ejusque Nepotes ad harum induciarum nuntium affliti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

cifca Ambosia Caroli Croji Senigani Sæcul.XVI.  
 Comitis, qui Philippi avunculus erat, A.C.1556.  
 vidua, quæ jamjam suspecta admodum  
 severe habita est, ideo nihil non actum,  
 ut rei per veros, vel falsos testes pro-  
 batio erueretur; unde Ambosia ipsa in  
 carcerem conjecta, atque ignominiose  
 longo tempore vexata est.

## §. XII.

*Papa, ejusque Nepotes ad harum indu-  
 ciarum nuntium affliti.*

Ceterum haud ægre concipi potest, *Pallav. l. 13.*  
 quanto dolore Papa, ejusque Ne- *c. 16. n. 3. § 5.*  
 potes firmatas hasce inducias percepe- *Thuan. l. 17.*  
 rint; exinde enim Paulus IV. auctori-  
 tatem suam imminui, seque Cæsarlis, ac  
 Galliarum Regis inter se conspirantium  
 arbitrio exponi pertimescebat. Præte-  
 rea Caraffa Cardinalis Princeps quietis  
 impatiens, cum Patruum suum jam æ-  
 tate provectum, ac induciarum tempus  
 nimis longum cerneret, spem abjece-  
 rat, fore, ut Hispani, quos odio plus-  
 quam Vatiniano insequebatur, ex Neapoli  
 propellerentur. His accessit, quod ei-  
 dem omnis belli apparatus in irritum ce-  
 cidisse videretur; quamvis Pontifex Mense  
 Novembri anni prioris indigenas Roma-  
 nos milites recensuisset, quæsito obten-  
 tu, quod hujus urbis securitati prospiri-  
 cere, ac tumultus ibidem a Sfortiæ a-  
*Hist. Eccles. Tom. XLII. A a micis*

**Sæc. XVI** micis fuscitatos sospire deberet: insu-  
**A.C. 1556.** per etiam die prima Januarii Senatum  
 habebat, ubi Montorium Comitem Ne-  
 potem suum supremum totius Pontificii  
 exercitus Ducem consuetis ritibus crea-  
 bat, necnon in Umbria, & Marchia  
 Anconitana sex peditum millia, ac tre-  
 centos Equites conduxerat, dato nego-  
 tio, ut hæ copiæ mox ductore Urbina-  
 tis Duce Romam contenderent: cete-  
 ras vero urbes, quas a Columnensibus  
 obtinuerat, validis firmabat præfidiis:  
 unde nihil deesse videbatur, quo minus  
 primo vere, vel in Neapolis Regno, vel  
 in Etruria bello initium facere posset,  
 adjutus copiis Gallorum, qui jamjam  
 Parmensem, & Mirandulanam ditio-  
 nem occupaverant: verum eodem fer-  
 me temporis momento Papæ Nuntius  
 Paulo IV. ex Gallia rescripsit, quod ibi-  
 dem induciæ inter Cæsarem, & Henri-  
 cum II. fuissent initæ.

§. XIII.  
*Papæ Nepotes de Galliarum Rege  
 questi.*

Itaque Papæ Nepotes, cum a Gallia-  
 rum Rege hoc negotium haud con-  
 fulto eorum Patruo agitatum fuisse æ-  
 gerrime ferrent, mox datis ad Som-  
 mersetum Ducem, qui in Legati mu-  
 nere Ruccellejo in Franciæ aula fu-  
 cesse.